

Sequenti quoque signaculo, ferri duricia incudato,
reserato exterius clarebit, qui fuerint Romane
ecclesie defensores, tam in eius dirimendis scisma-
tibus, quam in ipsius dirigendis presulibus, quam
in eiusdem iuribus etiam defendendis cum bra-
dio. Fini quoque marginibus presentis catalogi
glosellas aliquas, ut legentem aliquando a cursu
teneant nimio utque ipse advertat scriptam
eo attentius. Nam viatorem quandoque relevat
oculos suos extra callem dirigere et ab ea dived-
tere optatum citius prestat portum interdum.
Quae inquam addita neque ac mea dicta sin-
gula correctioni catholice cuius nostre ecclesie
humiliter subicio et inclitissime tue etiam
maiestatis. Acta iam olim in Romana ecclesia
in isto inemoror. Nunc autem quid sit, quis non
novit in ipsa? Quid enim deceret fieri iusti no-
runt, sed quid erit, fiet, retinet tantum omni-
potens. Itaque mihi dicenti: „Euge, euge“, ipse
porro adiciam: „Oleo me, domine, cum inco-
latus meus prolongatus est.“